

ACTA LITERARIA SVECIAE

Upsaliæ publicata.

VOLUMEN SECUNDUM

Continens

Annos 1725. 1726. 1727. 1728. & 1729.

UPSALIÆ & STOCKHOLMIAE

Prostat apud

JOHANNEM HENRICUM RUSSWORM

Reg. Acad. Upsal. Bibliop.



ACTA
LITERARIA
SVECIAE,

Anno M DCC XXV.

Edita Upsaliæ.

TRIMESTRE PRIMUM.

STOCKHOLMIÆ & UPSALIÆ,

Sumtibus

JOHANNIS HENRICI RUSSWORMII,
Regiæ Academiæ Upsal. Bibliopolæ.

Typis WERNERIANIS.

ACTA LITERARIA SVECIAE, Edita Upsaliæ.

Trimestre PRIMUM Anni MDCCXXV.

THET GAMLA TESTAMENTETS FOERSTE DEL, &c.

i. e.

VETERIS TESTAMENTI PARS PRIMA continens Quinque
Libros Mosis.

THET GAMLA TESTAMENTETS ANDRE DEL &c.

i. e.

VETERIS TESTAMENTI PARS SECUNDA continens Libros
Josuæ, Iudicum, Samuelis, Regum, Chronicorum, Esdræ,
Nehemias & Estheræ, ex mandato Regio CAROLI UNDE-
CIMI, augustæ & gloriosæ memoriæ, cum succincta explica-
tione cuiusque versus, ad cognitionem veritatis cœlestis ejusque
vindicias, tum & quorumvis institutionem, solarium ac ad-
hortationem, editæ.

STOCKHOLMIÆ, typis Henr. C. Merkell, anno 1724. fol. Al-
phab. sex, pl. 13. præter Dedicat. Proemium & Indices.

A Nxiis votis diu expetivit ecclesia nostra Svecana, ut
prodiret Sacri Codicis in patria lingua explicatio suc-
cincta & literalis collatione locorum parallelorum muni-
ta, & emphasis in ipsorum fontium aperiens, quo semper
haberent ad manus pii, linguarum Ebrææ ac Græcæ alia-
rumque exoticarum rudes, interpretem quem consu-
lant quoties aqua hæreret, & vel idiotismi originalium lin-
guarum in versionem irrepere, vel ritus moresque illius

Tr. I.

A

gentis,

exteriori forma, unicauli & erecta fistulam exprimens, Ara-
bibus dici meruit **أنبوب الراعي** *Anbub Arraji*, & in-
de Rabbinis **אַבּוֹב רְעוֹה** *Abbub roeh*, fistula pastoris. Hanc
porro in Antipharmacis a Dioscoride, Plinio, & aliis vi-
deas commendari.

Observationes Meteorologicæ Upsalenses Anni 1724.

per

E. BURMAN.

Nil prorsus habet sequens tabella diversum ab ea, quam
pro superiore anno exhibuimus (Vide Act. Lit. Svec.
Volum. I. p. 515.) nec proinde ad hujus intellectum quidquam
monere opus est, quod non jam vel circa illam, loco cita-
to, vel etiam circa priorem, pag. 390. monuimus. In-
strumenta quoque Aërometrica eadem huc adhibuimus,
quæ pagg. 516. & 517. descripta sunt.

Circa Barometri tamen constitutionem, interiorem
in primis diametrum seu amplitudinem, nec non longitudinem
Tr. I. B 3

dinem fistulæ, quarum ibi, lapsu calami, uni sesquidigitus tribuitur, alteri i pes & 10 dig. sciendum omnino, illam vix 1. lin. hanc 2 pedd. 10. digit. esse. E maxima vero per hunc annum & minima hydrargyri altitudine, quæ in Decembri utraque conspicitur (namque insigniores circa brumam pati mutationes Barometrum solet) colligitur universus mercu-
rii motus 1 dig. 99 centesim. i. e. ferè 2 digit. Media quo-
que ejusdem statio, tam hoc quam utroque anno superiore,
heic quidem loci, 30 digit. 2 lin. præter propter.

Thermometri summus d. 15 Junii ascensus 16 digit. 6 lin.
eiusdem minimum d. 16 Decembr. 4 dig. 1 lin. excedit (po-
sito, uti prius, 9 dig. 1 lin. statu medio) 2 digitis & 5 lineis
seu partibus decimis.

Ex *Ombrometro* denique mensem Julium reliquis humi-
diorem fuisse liquet; ut & delapsas omnes pluvias atque ni-
ves ad 2 ped. 1 digit. 86 centesim. altitudinem pertingere;
multoque adeo majorem hoc quam superiore anno illarum
fuisse copiam.

Mens. Et

Mens. Dies.	Barom. Dig. cent.	Ther- mometr.	Venti.	Constitutio aëris.	Ombro- metr.
Jan. 29, 30 4 n	30. 71 29. 65	13. 104 30. 67	SW i 10. f 2. Sm 5. NO f 7.	Venti. i. m. pluviae. vf. nives. f. feren. d. 4, 5, 5, 6, 6. Procellos. SW. d. 24. Procell. niv. No. 11, 12. lumen boreale	—
Febr. 26. n 19 m	31. 23 29. 40	87 16. 45	S i 5: W m 8; NWf 4. SW, O,	i. m. nubes subinde & nives ventos. f. serenitas. d. 7, 18. Procella niv. N d. 19. Ventos. S.	3. 91 3. 90
Mart. 22 m 4 m	31. 12 29. 79	27. 104 2. 68	N m 6. f 4; W; f, fw,	i. f. Plerumq; serenum & subinde nivos m. nebul. & pluvios. d. 16, 17, 18. Proc. niv NO. d. 14. lumen boreale.	1. 65
April. 11 m 1 m	31. 15 30. 15	28. 139 10. 77	N i 5: SW 7; W 6;	Cœlum sudum & tranquillum. d. 3. lumen boreale.	1. 16.
Maj. 5 p 9	30. 80 29. 91	27. 148 5. 100	NW i 5. SW f 3 Svm 4. vf 4:	Aër serenus & nonnihil ventosus d. 3, 4. Procella nivos. NW.	0. 54
Jun. 10 m 30	31. 3 29. 74	15. 166 22. 131	Ni 6; SW m 3; W vf 5. S 8;	i. m. Siccum & serenum. f. plerumq; pluviosum. d. 19. proc. pluv. SW. cum tonit. d. 20. pluv. fulgur. & ton.	1. 13
Jul. 28 n 1 n	30. 47 39. 70	27. 154 10. 132	SW 3; 3. 4; Wi 3. f 3;	Largæ pluviae & Sol per vices affulgens d. 16, 18, 24, 27. pluv. ton. & fulg.	6. 11
Aug. 6 p 23 p	30. 84 29. 90	2. 149 31. 116	SW 5; 2, 2; W 5; 3, 3;	Serenitas intercepta subinde nubibus. d. 1, 11. fortis SW. d. 3. ton. 26, 30. gelu.	1. 73
Sept. 5 v 27.	30. 92 29. 56	8. 135 30. 96	W 5; 5, 5: SW i 4; vf 5;	Tempestas serena. vf. pluviosa. 23, 24 26. nix. à 23. usq; ad fin. gel. nocturnum	2. 51
Oct. 7 m 31 v	30. 90 29. 55	18. 119 21. 78	W i 6: f 3; Sm 4. f 3: SW 8;	Sol & nubes alternatim visæ. d. 5, 28. lumen boreale. d. 31. proc. niv. S	1. 99
Nov. 8 v 19 p	30. 99 29. 43	4. 101 28. 69	SW 4; 6: 3. W i 6; vf 5: Nf 4;	Nubes solem sèpius tegentes. d. 5, 25. 26, 27. lum. bor. d. 29, 30. mites SW.	0. 47
Dec. 16 p 4 m	31. 19 29. 20	31. 96 16. 41	Wi 4: vms 5 Sf 7. SW vf 5. O; fo	i. Cœlum plerumque clarum m. f. sæ. pius nubilum d. d. 20. ad fin. mite	0. 76

Cippi

ACTA
LITERARIA
SVECIE,

Anno M DCC XX VI.

Edita Upsaliæ,
TRIMESTRE PRIMUM.

STOCKHOLMIÆ & UPSALIÆ,
Sumtibus
JOHANNIS HENRICI RUSSWORMII,
Regiæ Academiæ Upsal. Bibliopolæ.

Typis WERNERIANIS.

ACTA LITERARIA SVECIAE, Edita Upsaliæ.

Trimestre PRIMUM Anni MDCCXXVI.

ERICI JULII BJOERNER, Reg. Antiqu. Arch. Transl.

Prodromus tractatum de Geographia Scandinaviæ veteri, & Historiis Gotbiciis: exhibens succinctum judicium de SCYTHIÆ, SVETHIÆ & GOTHIÆ etymo, ut & RUNARUM in cippis Helsingicis ac Medelpadicis inventarum etate, usu atque explicacione.

Stockholmiæ, apud Joh. L. Horrn. 1715. 4. plagg. 7.

Cum multa sint, quæ regna & civitates exornent, dulce præprimis esse solet, quod ab antiquitate decus accedit. Inde Scythurum & Ægyptiorum pro vetustatis suæ prærogativa concertatio notissima: ut aliarum nationum circa antiquitates suas demonstrandas studia nunc omittamus. Clariss. Auctor de gentis Sveo-Gothicæ antiquitatibus acturus, prodromum nunc emittit, quo instituti sui rationem breviter exponit, legesque sibi, quas in tali negotio servandas existimat, ab aliis vero haut, ut debuit, servatas, præscribit.

Initio igitur observat, (Pag. i.) plurimas nominum Scythiæ, Svethiæ ac Gothiæ derivationes occurtere, quas, ut verbis Auctoris utamur, monumentorum magis varius & tumultuarius gustus, quam exasciati scrutinii defæcatior succus produxerit.

Tr. I.

R

Pag.

Visus est æger ab hoc tempore pristinam sanitatem quodammodo recuperasse, cum & templum adire, & reliqua suæ domus munia sine dolore obire posset: verum, qua diutius ipsi non frui licuit, quam versus finem mensis Novembris, cum recrudescente morbo, & suppressa iterum urina, sine dubio ob inclusi lapidis augmentum, quod & se sentire in extremo vitæ dicebat saepissime, omnia in pejus irent, & mors tandem doloribus exquisitissimis optatum finem imponeret.

Oppido rarum hunc casum dixerim, nec cuiquam antea, quantum mihi quidem videre licuit, observatum. Cogor autem plurima, quæ in hoc morbo rimari animus mihi fuit, & jam desiderari scio, ob negatam cadaveris apertione, prorsus intacta relinquere.

Synopsis Observationum Meteorologicarum Upsalensium Anni 1725.

per
E. J. BURMAN.

Hoc quoque anno usi fuimus instrumentis, quibus antea, & quæ supra descripsimus. Nec præterea circa Tabellam quidquam monere opus est, nisi quod *Thermometri* altitudines sint heic omnes matutinæ.

Menses enim mensiumque dies magis minusque calidi, aut quod eodem recidit, minus magisque frigidi, per correspondentes, puta eodem diei tempore observatos, caloris frigorisve gradus, & quidem per spiritus vini elevationes matutinas, seu quolibet die minimas, *Tr. I.*

U

melius

melius quam per maximam uno & altero die minimam, ab invicem distingvuntur: ideo præsertim quod maximæ quidem illæ pro tempestate varia meri iem nunc citiori pede nunc tardiore sequentes, per ipsius solis pomeridiani radios, magis forte minusve locum, ubi situm nobis est Thermometrum, calefacentes, non parum turbentur.

Ne tamen proinde caloris toto anno maximi terminum ignores, est ille, eodem Thermometro indice, 153, seu 15 dig. 3 lin. pedis Svetlici, & hic quoque d. 27. Julii, hora 5. post meridiem notatus: quo ipso die Thermometrum ad 14. 6. stabat, ut in Tabella habetur, hora ante meridiem 8 $\frac{3}{4}$. Namque in mea per hunc mensem absentia observationes per alium fiebant, & matutinæ quidem hora demum 8. vel 9. Totus autem hicce dies cum leni vento NNO solis ardorem satis vehementem habuit. Quod si summi frigoris d. 29. Decemb. gradus, 45. hinc subducatur, residui semissis rite adhibita medium Thermometri statum prodit 66. Verum posito illo, ut supra (pag. 12. & Vol. I. pag. 517.) 91, calor anni maximus maximum frigus sesquidigitò superavit. . .

Barometri altitudinum maxima 31. 38. & minima 29. 51 (utraque in Februario apparet) dant motum Mercurii medium 1. dig. 86. mediumque ejus elevationem 30 dig. 4 $\frac{1}{2}$ lin. illum minorem quam superioribus annis, hanc majorem.

Ex *Ombrometero* mensem Augustum maxime fuisse pluviosum patet; ut & omnis tam pluviae quam liquefactæ nivis hoc anno quantitatem non nisi ad 17 dig. 7. lin. exsurrexisse.

Tabella

Tabella Meteorologica Upsal. 1725.

Om-

Mens. & Dies.	Barom. Dig. dec.	Ther- mometr.	Venti.	Constitutio aëris.	bro- metr.
Jan. 8 n 21 m	31. 33. 29. 55.	4. 103 26. 82	Si 3; v m 10. SW m 4. W f 9.	i. Nubilum & mite. m. f. Serenum. d. 21. Trocella W. d. 26. 29. 31. Aur. bor.	0. 17
Febr. 2 n 24 p	31. 38. 29. 52.	22. 105 5. 84	SW i 4; m vf 12. Wi v m 7; f 4.	Serenitas & frigus. m. aer mitior. d. 24. Proc. W. d. 25. Procella nivosa W. d. 4. Aurora borealis.	0. 58
Mart. 4 n 4 p	31. 6. 29. 77.	31. 105 7. 79	W 7. 3; 5; SW; N, S.	Cœlum sudum & frigidum. i. mirius. d. 4. 5. Proc. nivosa W. d. 22. aur. bor.	0. 88
April. 1 n 13 p	30. 81. 29. 92.	29. 126 15. 104	SW; W, O; f; n,	Aër plerumque serenus, tranquillus & mitis. d. 6. aur. bor. d. 10. nix. d. 14. grando.	0. 94
Mai. 6. 8 n 31 m	30. 80. 30. 2.	30. 139 10. 119	N v m 7. S 2. 5: 6: NW m 3; O:, SW;	i. Serenum. m. f. satis pluviosum. d. 17. tonitru & vesperi nebula.	1. 72
Jun. 7 m 18 m	30. 75. 29. 6:	25. 144 7. 133	SW 9; Wi m 10; S 6, O:;	i. m. Plerumque pluvia. f. serenum fere. d. 3. iris. d. 18. tonitru, grando.	2. 62
Jul. 25 a 13 p	30. 57. 29. 92.	26. 147 14. 137	Si 3; m 6: NW f 5: SW i 4, m 5. W 6;	Cœlum inconstans & Pluviosum. d. 7. Tonitru & fulgur. d. 28. tonitru.	2. 57
Aug. 27 a 12 .	30. 84 29. 84.	22. 140 31. 118	SW 10; S 7, N i v f 3; O:,	Sol inter nubes, & aliquot imbræ. d. 1. 29. Procellosus N. d. 19. Tonitru	3. 44
Sept. 13 n 27 n	31. 0. 29. 74.	8. 125 28. 111	SW i 2. v f 7: n: n W i, m, f O 3,	Tempus tranquillum nebulos. & varium. i. f. pluvios. d. 8. 24. 26. Aut. bor. noct. 15/16/17 gelu.	2. 36
Okt. 11. 21 p 6 m	31. 11. 29. 77.	1. 114 11. 89	W 3, 6 3: NW i 2, SW 2. 3: 5.	i. varium. m. sudum. f. nubilum. d. 6. II. nix. noct. a 5. ad 15. Gelu.	0. 27
Nov. 15 n 24 a	31. 27. 29. 59.	5. 117 26. 74	SW i 7. v f 2. SW m 5. N f 5. W 8;	i. inconstans. m. f. pluvio-nivosum & nebulosum. noct. 22. 23. 24. 25. gelu d. 15. Aur. bor.	0. 49
Dec. 26 m 8 a	30. 97. 29. 40.	14. 95 29. 45	S - 12; W 19, SW m 2.	i. m. Nubes, pluviae & nebula. f. soles intermittentes, Frigus & venti nivosi.	1. 0. 9

ACTA
LITERARIA SVECIAE,
Edita Upsaliæ.

Trimestre TERTIUM Anni MDCCXXVI.

*The twenne Bröders, Mester OLUF PETRI PHASE, och
Mest. LARS PETRI, bin gamle, lefwerne och wandel.*

h. e.

Vita & res gestæ Fratrum duorum Neriorum, qui doctrinam Evangelicam in Septemtrionem primum intulerunt. Videlicet Magistri OLAVI PETRI PHASE, Primi Evangelici Pastoris Stockholmensis, & Mag. LAURENTII PETRI, Senioris, Primi Evangelici Archiepiscopi Upsalensis. Autore JOHANNÆ GUSTAVO HALLMAN.

Stockholmiæ, apud A. Biörkman. 1726. 4. I. Alph. 2. plagg.

LAUDABILI sane instituto duumvirorum Olavi & Lan-
rentii Petri, historiam sibi pertexendam summis Cl. hic
Auctor. Ut enim extitere hi fratres emicantis primum
in hoc septentrione nostro veritatis Evangelicæ lampa-
des * ac lucida sidera: ita in ipsorum vita rebusque ge-
stis momenta occurunt, nec pauca, nec levia, refor-
mationis Evangelicæ memoriam insigniter illustrantia.
Cæterum in hoc condendo opusculo scriptor non mo-
do secutus est fidem monumentorum typis editorum:
verum sollicitus quoque fuit de subsidiis quibusque ma-
nu scriptis; qualia Chronica, Diplomata, Diaria ipsius
Tr. III. **B b** *Lau-*

B b

L4u-

* *Lampadum ardentium emblemata ac insignibus*, ad designandam fidem puritatem ac constantiam, usos fuisse binos fratres, narrat auctor p. 32.

nem ejusdem in catino institutam, tandem ad bilancem examinabatur. Tum vero compertum est, centenarium mineræ dedisse 168 lothones auri puri, adeoque lapidem hunc Africanum usque adeo auri argentique fuisse divitem, ut lothones ejusdem 3200 continerent 168 auri puri, hoc est ducatos 672, & argenti 52: quod ideo notatu dignius esse puto, quia optima illa auri minera, quæ ex *Sumatra*, insula Indiæ orientalis, huc ante aliquot annos allata fuit, in officina Salana fusa, ex centenario non plus dederit quam 32 ducatos s. drachmas.

Ut autem prænominatae probæ eo major haberi posset certitudo, examen rursus centenarii dimidii ejusdem mineræ institutum fuit, a priori solum in eo differens, quod, cum plumbum auro argentoque commixtum incupella jam abstraheretur, additum fuit statim tantum argenti, quantum ut solveretur, opus erat; præterea quod auri lamina post dissolutionem argenti, non jam amplius, ut antea, integra permanserit, sed in minuta eaque nigra granula deciderit, quibus postea per ignem in unam massam fusis, nativus restituebatur color, pondere tunc 84 lothones, dimidium videlicet superioris memorati, & quantibus. Hinc non dubium, explorationem sapienter nominati lapidis recte accurateq; fuisse institutam.

Epitome observationum meteologicarum Lundensium Anni 1724.

per
CONRADUM QVENSEL.

CIrca hanc tabellam observandum, Barometri altitudines partibus duodecimis pedis *Londinensis*, sive digitis, quorum quilibet subdivisus est in decem partes minores,
Tr. III.

C c 3

deter-

determinatas esse. Cætera omnia cum explicatione tabellæ, quam volum. I. p. 543. Act. Lit. Sv. adhibuimus, plane congruunt.

Mens. & Dies.	Barom. Dig. dec.	Therm. Dies. gr.	Venti.	Constitutio aëris.
Jan. 30.	29. 8	31. 31 i	SW i 6. vf 3.	Cœlum plerumque nubilum & plu-
20 m	28. 7	8. 9. 17 i	SO m 4. NO f 3.	vium. d. 6. 7. procellosus SW, d. 24.
Febr. 26 v	29. 9 $\frac{1}{2}$	16. 53 i	SW m 6; NO f 3.	procell W.
Mar. 18.	28. 4	11. 23 i	O i 3; NW, W,	i. m. serenum subinde & nivosum, f. serenitas, d. 7. proc. W. d. 19. 20.
22.	30. $\frac{1}{2}$	6. 36 i	Of 8. NO m 4.	21. ventos. SW.
17.	28. 8	10. 12 i	w, f, fw,	i. f. serenitas. m. nubes & pluvia, d. 21. 22. 30. frigus nocturnum.
April. 10 m	30. $\frac{1}{2}$	2. 36 i	N i 5:	Dies sereni & noctes frigidæ, d. 19. tonitru.
1 m	29. 1 $\frac{1}{2}$	28. 14 f	W m 4. Of 6.	i. m. Cœlum inconstans. f. tenui-
May. 30 v.	29. 9	7. 25 i	NW i 3, m 4;	numa & d. 4. ad 14. incl. gelu nocti, d.
9.	29. 0	31. 22 f	W m 6: f 3.	11. procellosus W.
Jun. 10.	29. 9	22. 13 f	Wi 3. m 5; O v m 4.	ab 1. ad m. serenum. à m. ad f. va-
29 v.	29. $\frac{1}{2}$	10. 60 f	SW f 4.	rium d. 10. 11. 12. procellos. O d. 20.
Jul. 28 v.	29. 7	6. 10 f	W 6. 7. 6.	procell. NW. d. 27. Iris.
7.	28. 8	27. 35 f	SW, NW,	Pluvia & serenitas alternis vicibus, d. 18. 21. tonitru.
Aug. 27 v.	29. 9	31. 4 f	W m 5; f 5:	i. serenum, m. f. pluviosum & se-
23 m	29. 2 $\frac{1}{2}$	18. 35 f	NW i 3. SW,	renum alterne, d. 11. ventos SW. d. 13.
Sep. 5 v.	29. 9	28. 25 i	NW 2, 3; 3.	fulgur. d. 30. grando. d. 30. 31. noct. gelid.
27 m	28. 7	10. 16 f	W v m 4. f 2.	i. serenum. m. f. saepius pluviosum, d. 10. fortis W. d. 23. 27. grando. d. 25. nix.
Oct. 23 v.	30. $\frac{1}{2}$	23. 34 i	NW i 3. m 2.	Aër serenus & subinde pluviosus.
17 m	29. $\frac{1}{2}$	11. 4 f	Sm 7: W f 4.	d. 31. procellos. W. d. 22. 23. pruina.
Nov. 7 m	30. $\frac{1}{2}$	29. 50 i	W i 4. m 2. vf 3,	i. nubilum. m. f. nivosum & frigi-
19 v.	29. 0	3. 12 i	NO m 3; f 3;	dum. d. 1. fortis NW. d. 29. procella
Dec. 16.	30. 1 $\frac{1}{2}$	15. 58 i	SO f. 2. 3.	nivosæ SW.
4.	28. 3	4. 30 i	SW m 4. Sf 3.	Nubilum plerumque i. f. subinde
				pluvia & nix. d. 8. fortis SO. d. 18.
				procella niv. SO.

Monu-

ACTA
LITERARIA
SVECIAE,

Anno M DCC XXVII.

Edita Upsaliæ.

TRIMESTRE PRIMUM.

STOCKHOLMIÆ & UPSALIÆ,

Sumtibus

JOHANNIS HENRICI RUSSWORMII,

Regiæ Academiæ Upsal. Bibliopolæ.

Typis WERNERIANIS.

ACTA LITERARIA SVECIAE, Edita Upsaliæ.

Trimestre PRIMUM Anni M DCC XXVII.

*AND. ANTON. STIERNMANNI, Registratoris
in Archivo S. R. M:atis, Regnique Svecia, Centuria Se-
cunda Anonymorum, nec non Decas prima Pseudonymo-
rum ex Scriptoribus gentis Sviogothicae, in qua hæresis
Friderici Menii de S. S. Trinitate Sc. exhibetur.*

Stockholmiæ apud Joh. L. Horrn, Reg. Antiq. Arch.
Typogr. 1726. 8. plagg. 10.

INcipit Secunda hæc Clariss. Dn. Auctoris & novi no-
stri Placcii Centuria ab An. 1488 & desinit in An.
1726, omniumque primum nonnulla *Breviaria*, inter quæ
etiam Vpsalense Aep. Jacobi Vlphonis, recenset. Decem
deinde diversos libros genuinis suis auctoribus, Olavo
scilicet & Laurentio Petri Nericiis vindicat.

N:o 22. Tractatus Svethicus de S. Eucharistia sub
titulo : *Sanfårdig undervisning och rett betänckande om
Herrans Jesu Christi Nattvard, &c.* ostenditur, auctorem
habere CAROLUM IX Regem Sveciae.

N:o 28. Distinguitur *Johannes Bureus*, Antiquarius
regni Sveciæ, qui obiit An. 1651 a Professore Mathe-
matum in Acad. Upsal. tandemq; Dicasterii Stockholmensis
Assessore, ejusdem plane nominis, & filio Jacobi Se-
brozynthii, qui vita excessit An. 1671. addito, in rei
majorem fidem, Prof. Olavi Stenii programmate.

Kk

N:o

dis; de Coronatione Regis *Johannis* &c.; de erroribus Jesuitarum, in primis Joh. Herbesti, ab AEpiscopo refutatis; de liberis ejus ac posteris, illustrium plerumque familiarum conditoribus; de beato ejus obitu, tandemque de scriptis utriusque fratribus *Olavi* & *Laurentii* editis pariter ac ineditis.

Synopsis Observationum Meteoro- logicarum Upsalensium Anni 1726. per ER. BURMAN.

Anglicanum, & quidem ab artifice celebri *Fr. Hauksbee* constructum, nobis hoc anno tam Barometrum quam Thermometrum fuit: quare neutrum descriptio-
ne indigere censemus. Potius autem de utriusque cum prioribus nostris instrumentis convenientia solliciti, pro Barometro quidem pedis Stockholmensis ad Londinensem, ut, ex communicatis invicem literis ac mensuris, cum Viro illustri *D. JAC. JURIN. Reg. Soc. Angl. Secr. &c.* mihi concludere licuit, rationem esse ut 500 ad 513, vel accuratius ut 1000 ad $1026\frac{2}{3}$ fere, animadvertisimus; unaq;
observatarum heic in Digitis & Decimalibus Anglicanis Hydrargyri altitudinem præcipuas ad partes similes pe-
dis Svethici, seu Scalam nobis superioribus annis usita-
tam, reductas exhibemus, hoc modo:

Maxi-

<i>Maxima</i>	d. 12. Nov.	h. 9 $\frac{1}{4}$.	p. mer.	30. 51.	Mensur.	• 31. 28.	Mensur.
<i>Minima</i>	d. 30. Oct.	h. 9 $\frac{1}{2}$.	p. m.	28. 32.	-	29. 4.	-
Unde <i>Media</i> evadit	- -	-	-	29. 41.	Angl.	- 30. 16.	Sveth.
Et motus Mercurii	- -	-	-	2. 19.	Angl.	- 2. 24.	-

Sed iubet ipsos quoque Barometrorum Hauksbejani & Palmburgiani (quod olim nobis familiare fuit) status aliquot correspondentes ex amborum, per duodecim primos anni dies, simul facta observatione producere, quo sic tutius observationes præsentis anni cum præcedentibus conferri & quasi non interrupta serie coalescere queant.

1726.	2 Jan.	ab hor. 3. ad 10 $\frac{3}{4}$	p. mer.	29. 49.	Bar.	- 30. 10.	Bar.
	10 Jan.	toto fere die	- -	29. 87.	Hauksb.	- 30. 55.	Palmb.
	12 Jan.	similiter	- -	29. 77.	-	- 30. 45.	-

Diem 3 Jan. toto anno frigidissimam fuisse, calidissimas vero d. 23 Maji & d. 13 Jun. elevationes Thermometri minima 94 gr. 8 d. maximaque 23 gr. 0 d. & 22 gr. 9 d. evincunt; quarum prima hor. 9. altera h. 4 $\frac{1}{2}$. ultima h. 4 $\frac{1}{4}$. omnes ante meridiem, observabantur. Scilicet hi Gradus cum suis Decimalibus, non, prout mos habitus in Thermometris aliis obtinuit, sursum, verum à supremitate fistulæ deorsum versus phialam Spiritus Vini plenam, numerantur.

Arithmetice *Medium* hinc quidem prodit 58 gr. 9 d. Respectu autem caloris summi pomeridiani, quem d. 12 Junii hor. 4 $\frac{3}{4}$ notavimus 15 gr. 4 d. fit hoc idem 55 gr. 1 d. Denique ex observationibus utriusque Thermometri, ante annum unà habitis, Hauksbejano Gradui 59 Palmburgianum

Tr. I.

gianum *Dig. 10 $\frac{1}{2}$* Sveth. & illius gr. *55:20* hujus circiter *Dig. 11 $\frac{1}{2}$* respondere deprehendimus.

Ombrometerum maxime pluviosum fuisse Septembrem, universam quoque anni pluviam una cum liquefacta nive *18 Dig. 58 dec.* mensuræ Anglic. i. e. *19 Dig. 08 dec.* mens. Sveth. confidere docet.

Auroram Septentrionalem quoties spectavimus, Tabella indicat. *D. 16 Martii* observatam descripsimus, alia occasione illam, cum publico communicaturi, ut & quas in *Torneå*, ultimo sinus Botnici angulo, rogatu nostro amicus, ab aliquo tempore, circa hoc phænomenon observavit.

Notabile in primis lumen est vesperi *d. 8 Octobris* st. Jul. non in Svethia tantum, sed unà in Germania, Polonia, Helvetia, Gallia & Anglia (uti ex Relationibus publicis habemus) licet sub diversa satis forma, visum. Nobis heic tamen tunc nil nisi cœlum totum nubibus spissis colore purpurascente subfuscō, qualis Lunæ in deliquiis totalibus plerumque esse solet, tinctis & quasi vento varie invicem agitatis, obductum vel potius distinctum, præcipue versus plagam *SO.* cernere licebat; idque ad horam 9. inde enim mox nubilum omnino extitit.

Quæ circa lumen idem, nec non aliud prorsus insigne mensis ejusdem *d. 24.* *Lundæ* Scanorum observata sunt, vide in Dissertatione de *Lumine Nocturno Boreali*, Sveth. *Nordiskjen*, ibi edita *d. 26 Nov. 1726.* 4. à pag. 16.

Tabella

TABELLA Meteorolog. Upsal. Añ. 1726.

Mens. & Dies.	Barom. Dig. dec.	Therm. Dies. Gr.	Venti.	Constitutio aëris.	Om- bro- metr.
Jan. 23 v	30. 18	3. 95	S m 4 : f 2. W i 4 :	Serenitas & nives alternatim i. m. f. mi-	
28 a	28. 98	31. 69	N i 6 ; S W f 5 .	te. d. 26. 27. 28. Procella SW.	0. 78.
Febr. 28 v	30. 2	22. 84	S i 7 ;	i. m. Varium. f. Serenum. d. 10. 17. Proc.	
18 n	28. 86	3. 67	S W v m 3 , f 6 ;	niv. S. d. 27. Proc. NW. d. 19. 27.	0. 87.
Marc. 31 m	30. 24	9. 81	W 6. 2 , 7 :	Aur. bor.	
18 p	28. 32	31. 58	S W m 7 : v f 2 , S f 5 .	i. f. serenum, m. inconstans & mite, d.	
Apr. 24 m	30. 17	9. 61	S W m 9 : N i 3 .	3. 18. 19. Proc. W. d. 22. 23. Proc. Niv.	0. 94.
21 m	29. 15	29. 47	W v m 4 ; v f 3 .	N. d. 3. 15. 16. Aur. bor.	
Mai. 4 m	30. 16	1. 48	S W i 4 : m 4 ;	i. f. sudum. m. pluviosum. d. 4. 17. 18.	
9 m	29. 64	23. 23	S i 8 : W m 5 :	Proc. SW.	0. 54.
Jun. 1 m	30. 0	18. 47	W i 2 , m 7 :	Cœlum sudum & siccum. d. 8/9. 26.	
22 n	29. 25	13. 23	S i 4 : f 8 : S W f 3 ;	tonitru.	0. 38.
6 m	29. 88	30. 42	N v f 4 ; f 3 ,	i. Plerumque serenum. m. varium. f.	
Jul. 20, 21	29. 20	17. 25	S W 6 , S 8 ;	pluviosum. d. 2. Proc. W. d. 7. 13. 21.	1. 56.
Aug. 7 m	29. 98	28. 52	S i 7 ; W m 7 . f 6 :	tonitru.	
29	28. 98	10. 36	S W 6 ; N 5 ;	i. Sudum. m. f. pluviae largiores. d.	
Sept. 12 p	30. 0	29. 63	S W i 4 : m 3 ,	13. Proc. W. d. 14. Proc. N. & W. d.	2. 55.
22 m	29. 59	4. 40	W f 6 ; N O v f 4 :	28. 17. tonitru.	
Okt. 25 n	30. 25	31. 71	W i 6 : m 6 .	Sol & nubes altern. m. pluviae. d. 18.	
30 n	28. 32	4. 53	S W 8 ; S 8 ;	Procella W. d. 3. ton. d. 28. grando	2. 6.
Nov. 12 n	30. 51	22. 84	W i 5 . v f 7 .	Noct. 27/28. 29. gelu.	
1 m	28. 90	2. 67	S i 3 . S W m 5 ; f 3 .	Tempestas valde pluviosa d. 17. Proc.	4. 83.
Dec. 15 p	30. 7	11. 92	W i 7 . S v f 3 .	SW. Noct. 23/24. 27/28. Gelu.	
25 m	28. 60	3. 68	S W m 4 : f 5 .	Aër nubilus & haud raro pluviosus.	
				d. 4. Proc. SW. d. 31. Proc. niv. SW.	
				d. 3. 6. 8. Aur. bor. d. 9. nix.	1. 92.
				Cœlum nubibus obductum. d. 10.	
				grando. d. 7. Aurora borealis.	0. 78.
				Nubilum plerumque & nivosum. d.	
				12. proc. niv. NO. d. 5. 6. Aur. bor.	1. 36.

Tr. I.

N n.

NOVA

ACTA LITERARIA SVECIAE, Edita Upsaliæ.

Trimestre SECUNDUM Anni MDCCXXVII.

MYRTHEN och CYPRESSER, &c.

i. e.

*MYRTI & CUPRESSI, diversis temporibus collectæ per
CAROLUM ELDH.*

Stockholmiæ ex Typograph. Reg. 1725. plagg. 186. 4:o

POstquam, quæ subinde condidisset, poëmata a multis legi intellexerat clarissimus auctor, Notarii publici munere in urbe Stockholmensi fungens, de illis conjunctim edendis cogitare cœpit. Primum itaque epithalamia & funebria carmina uno volumine comprehensa sub titulo *Myrtorum & Cupressorum* publice existare voluit. Hunc autem alias secuturus erat fasciculus, qui amatoria, satyras, & varii argumenti carmina contineret, *Rosarum & Spinarum* nomine inscribendus. Sed propositum exequi non permisit inopinata mors. Obiit enim mense Aprili exeunte.

Legentibus hosce versus facile patebit *Eldbium* natura duce ad poëticas elegantias se applicuisse, ut qui undecimo etiam ætatis anno non inconcinnos fundere sciret rhythmos, pag. 3. Singulare est in nostro, quod abstineat fere ab usitata plurimis deorum gentilium mentione. Sunt equidem nonnulli, qui poësin illam tanquam jejunam respuant, in qua Jupiter, Saturnus, Minerva, Themis, & quæ sunt reliqua deastra, non

Tr. II.

Oo

utram-

C. Q. TABELLA Meteorolog. Lund. Añ. 1725.

Mens. & Dies.	Barom. Dig. dec.	Therm. Dies. Gr.	Venti.	Constitutio aëris.
Jan. 6. 24.	30. 1 $\frac{1}{2}$	15. 43. i	S i 3. W m 6. f 4:	i. f. Nebula humida.
7. 1. 21 m	19. 3	2. 23. i	SW i 3: S O m 5.	m. plerumq; serenitas d. 21 fortis W.
Feb. 3 v	30. 4 $\frac{1}{2}$	6. 43. i	NW 2. 4; 4.	Aër nubilus & nivosus.
24 v	29. 0	22. 19. i	W v m 6: SW m v f 6;	d. 24. Procella NW. d. 25. Grandio.
Mar. 14 v	29. 9 $\frac{1}{2}$	25. 38. i	NW i 6: f 2.	i. Nubilum. m. f. Serenum & gelidum.
23 m	29. 0	30. 5. i	S O m 4.	d. 4. 5. Prov. niv. NW.
Apr. 2 m	29. 9	3. 20. i	SW 5; S O 5,	Aër plerumque serenus, i. Frigidus.
16 v	29. 0 $\frac{1}{2}$	30. 10. f	O 7; W 4,	i. f. Pluviosum, m. Serenum. d. 24. 29. tonitru. d. 31. Iris.
May 1.	29. 8	8. 11. i	O v m 5: W f 3,	Nubes plerumque & pluviae largiores
30 v	29. 1 $\frac{1}{2}$	17. 27. f	S O 5; N O 3,	d. 13. 18. W. d. 16. SW, Procella. d. 21. 24. tonitru.
June 6.	29. 7	19. 2. f	W 5; 7: 3.	i. Serenitas & nubes altern. m. f. Plerumque pluviae. d. 17. fortis SW. d. 24. 26. tonitru. d. 25. Iris.
17 v	28. 8	9. 25. f	SW v m 3; f 3;	Cœlum inconstans & pluviosum. d. 26. gelu.
July 29.	29. 7	18. 4. f	W i m 7; f 2.	i. m. Serenum ferè, f. pluviosum. d. 8. Proc. W. d. 29. Procella SW. d. 25. 27. Aurora bor. d. 29. Fulgur.
11 m	28. 9	7. 40. f	SW m 5: NW f 4;	i. f. Varium. m. Serenum plerumque & frigidum. d. 2. Proc. W. d. 20. 21. Proc. NO.
Aug. 27.	29. 7	7. 9. f	W 3; 3. 3.	i. m. Nubes & pluviae altern. f. Serenum subinde & pluvio-nivosum. d. 3. 5. ventosus SW.
14.	29. 0	21. 26. f	S m 6; SW m 2.	i. f. Pluvio-nivosum. m. Pluviosum. f. Nivosum & frigidum. d. 30. Procella nivosa NW.
Sept. 11 m	29. 9	15. 6. i	N O m 5. v f 2.	
22 v	28. 9	7. 18. f	SW f 5;	
Oct. 12.	30. 1 $\frac{1}{2}$	12. 37. i	S O m 4. N O m 3.	
6.	29. 2 $\frac{1}{2}$	2. 9. /	O f 6. W 5,	
Nov. 15 m	30. 0 $\frac{1}{2}$	26. 47. i	SW 6: 1. 3;	
24 v	28. 6 $\frac{1}{2}$	4. 5. i	O m 10:	
Dec. 20 m	29. 9	26. 64. i	S i 3; m 3;	
8.	28. 3 $\frac{1}{2}$	12. 25. i	NO v f 3. SW 5, W 5,	


ACTA
LITERARIA
SVECIE,

Anno M DCC XX VIII.

Edita Upsaliæ.

Cum Gratia & Privilegio S:æ R:æ M:tis Sveciæ.

STOCKHOLMIÆ & UPSALIÆ,
Prostant apud
JOHANNEM HENRICUM RUSSWORM,
Regiæ Academiæ Upsal. Bibliopolam.



Digitized by srujanika@gmail.com

ACTA LITERARIA SVECIAE, Edita Upsaliæ.

Trimestre QUARTUM Anni MDCCXXVIII.

St. Clare Minne &c. h. e. Narratio de Cœnobio & Templo S. Clariæ, nec non de Sacello S. Olavi, Auctore GEORGIO NORDBERG, earundem Ecclesiarum Pastore.

*Stockholmiæ, typis & sumtibus Joh. Henr. Werner, A. 1727.
in fol. 2. Alphab. 4. plag. cum figuris.*

Non minima gratiæ Divinæ, & humanæ etiam felicitatis pars merito reputatur, ejusdem Ecclesiæ antistitem deinceps agere, in qua nasci ei primitus & renasci cotigit. Hœc etiam caussa est, cur Adm. Reverendus & Ampliss. Auctor, præter curam, quam Ecclesiæ suæ natali impendit omnino fidelissimam, gloriam quoque ejus & splendorem, omni quo possit unquam modo, promovere studeat. De duplii hoc gratissimi animi argumento uti gratulatur sibi, hodierna ætate, caput in primis Regni Sveo-Gothici, *Stockholmiæ*: ita laudabunt id etiam posteri, præsentis operis futuri contemplatores; nec suo certe defutura esset officio, si modo caput humo extollere & loqui posset, cana vetustas. Tantam enim in antiquis historiis, membranis, literis, diplomaticisque conquirendis, atque justo or-

Tr. IV,

Qqq

dine

vel pretiosa cenotaphia condiderunt, non obeliscos e marmore erexerunt, aut pyramides exstruerunt; sed rudibus saxis fortissimorum virorum nomina mandarunt, verbaque addiderunt pauca, eorum itinera, labores, & memoriam in tempus longissimum servatura. Ex illis monumentis, quotquot oculis nostris fors obtulit, hoc loco communicamus.

Synopsis Observationum Meteoro- logicarum Upsalensium Anni 1727. per ER. BURMAN.

AM inde ab initio harum nostrarum observationum curæ nobis cordique fuit, ut socios laboris in aliis patriæ locis haberemus; maxime postquam incluta quoque REG. SOCIETAS ANGL. *Invitatione* solenni & universali, *Lond.* 1724. edita, idem & approbaret & urgeret institutum, non modo omnium terrarum eruditos atque historiæ naturalis amantes sollicitando & adhortando, sed ipsam quoque observandi methodum communicando. Nec defuerunt Viri celeberrimi & clarissimi, qui rogati statim, vel saltem quam primum Barometris ac necessariis operandi regulis instructi fierent, manum operi indefessam Iubentes admoverunt, nobisque postmodum sua quotannis dederunt Diaria, in Angliam transmittenda. Quorum, utut de publico atque Meteororum scientia bene merendi studium prorsus laudabile prædicatione nostra non eget, Nomina tamen a nobis, citra ingratitudinis notam, honorifica sua commemoratione defraudari nequeunt; præsenti in primis occasione illorum, qui pro eodem hoc anno suas Ephemerides continuas in manus nostras venire siverunt, Sunt autem illi, seriem locorum sequendo:

Mag.

Mag. CONRADUS QVENSEL, Lundæ Scanorum Prof. Math.
 M. ANDREAS GERINGIUS, Bettñæ Suderm. Paſt. & Præp.
 M. OLAVUS BROMAN, in Hudiksw. Helsing. Rect. Sch. Tr.
 M. JACOBUS RENMARK, in Hernosand Ang. Lect. Math.
 M. JOHANNES TELIN, in Bygdeå Västrobotn. Paſt.

Sed nec ingratum cuiquam fore credimus, si ex singulis hisce observationibus potiora aliquot momenta heic in medium adduxerimus, justam ac omnimodam eorum comparationem, tam invicem, quam cum nostris Upsalensibus æque ac cum exoticis, laudatæ Reg. Societatis, ceu jure suo maximo supremi circa hæc negotia tribunalis, curæ ac judicio reservantes; & quidem primo quod ad *Barometra*, quorum maximæ minimæque altitudes (unde medius Mercurii status, una cum universo ejus motu seu ambitu, sponte sua sequitur) in Digitis & Centesimis partibus digitorum Pedis Anglicani hæ fuerunt observatæ, Lundæ quidem, Upsalis & Bettñæ per totum annum, in locis autem borealioribus elapso demum mense Februario, utpote in *Hudikswald* a d. 10 Martii, in *Hernosand* a d. 16 ejusd. in *Bygdeå* a d. 1 ejusd.

	Max.	Min.	Med.	Motus
Lund. d. 12. 13 Mart. 30 22.	d. 29. 31 Oct. 28 31.	29 27.	1 91	
Bettña d. 22 Jan. 30 82.	d. 30 Oct. 28 60.	29 71.	2 22	
Upsal. d. 22 Jan. 30 60.	d. 29. Oct. 28 45.	29 52.	2 15	
Hudiksw. d. 23 Apr. 30 32.	d. 8. Oct. 28 50.	29 41.	1 82	
Hernos. d. 23 Apr. 30 32.	d. 30. Oct. 28 48.	29 40.	1 84	
Bygd. d. 23. Apr. 30 26.	d. 2. Mart. 28 39.	29 33.	1 97	

Thermometra mane observata diem anni prodiderunt
calidissimam frigidissimam

Lund. hor. 6. d. 23 Jun.	hor. 6. d. 28 Jan.
Bettñ. b. 4. d. 5 Aug.	b. 8. d. 28 Jan.
Upsal. b. 4½ d. 9 Jun.	b. 8. d. 28 Jan.
Tr. I.	Eritque

Eritque hinc quidem *Medium Arithmeticum* Upsalis (teste sequenti Tabella) 56 *Grad.* quod tamen idem, si calorem diei intensissimum respicias, qui post meridiem, & quidem d. 8 Jun. hor. 10 observatus, ad 21 *Grad.* 6 Dec. ascendebat, *Grad.* 54. *Dec.* 8 evadit.

Instrumenta Lundensia & Upsalensia eadem illa sunt, quorum antea in his Actis descriptio, vel saltem mentio, facta est. Vide Trim. II. A. 1724. pag. 525. & Trim. I. A. 1727. pag. 254. Neque de reliquis quidquam occurrit monendum, nisi forte de Bettensi Barometro, quod ob gracilitatem fistulæ Hydrargyrum justo ubique exhibeat elevatius.

Ombrometero nostro indice pluviosus maxime mensis fuit October: omnis autem pluviae & nivis copia. 17 *Dig.* 933. *Milles.* mensuræ Anglic. seu 18 *Dig.* 398 *Sveth.*

Auroram borealem, seu lumen illud septentrionale arcuatum & tranquillius, in uno altero ve loco (cœlo in reliquis plerumque nivofo, pluvio aut nubilo) notarunt Coobservatores sequentibus anni diebus, & quidem tempore vespertino; Jan. d. 2, 5, 6 Lundæ; Mart. d. 6 Lund. d. 1, 8, 17 Bygd. April. d. 7 ibidem. Aug. d. 13, 20, 27 ibid. Sept. d. 3, 7, 12, 19, 21, 24, 25 ibid. Octob. d. 8 Lund. d. 23 Bygd. Nov. d. 25 Bygd. Dec. d. 5 Lund.

Phænomenon vero idem illustrius, seu chasmata notatu digniora, quæ quidem flamma, vel saltem multiplici radiorum striarumve varie coloratarum motu ac coruscationibus constant, spectata sunt Mart. d. 3 Lundæ & Upsal. Jul. d. 26 Bygd. Octobr. d. 3 Ups. & Bygd. d. 4 Lund. & Bett. d. 9 Lund. & Ups. Nov. d. 30 Lund. Dec. d. 6 Lund. & Bygd. Nec dubitamus, cœlo nonnunquam sereno, unâ pluribus ab invicem remotis observatoribus hæc patuisse, si qui adfuissent; aut si illa singuli suis inferuissent Diariis: quod quidem ut in posterum fiat, & optamus, & jam facta nobis spes est.

TABELLA

TABELLA Meteorologica Upsal. Añ. 1727.

Mens. & Dies.	Barom. Dig. dec.	Therm. Dies. Grad.	Venti.	Constitutio aëris.	Om- brom.
Jan. 22 p	30 60	28. 88	S m 6:	Cœlum nubilum & nivosum.	1. 822
1 n	29 20	13. 68	SW v m 3; NO f 6:	d. 27 W, d. 31 S Procella nivosa.	—
Febr. 24 v	30 31	30 82	S i 6: SW m 4;	i. f. Nubilum, m. Nives, pluv. & seren.	0. 806
27 v	28 69	18 69	NW f 4:	alternatim, d. 22 NW, d. 28 NNW Procella Nivosa.	—
Mart. 15 p	30 39	6. 84	N i 4: m 3,	Sudum plerumque, d. 2 SW, d. 19	0. 392
2 p	28 60	17. 65	W m 4, f 3;	N Proc. niv. d. 2, 3, 5, 13, 30 Lu-	—
April. 23 m	30 25	7. 73	Wi 6; N m 4. v f 3:	m men boreale.	—
4.	29 29	25. 47	S v f 6. f 3:	Serenum & nubilum per vices. i. fri-	0. 977
Mai. 15 p	30 4	1. 53	W i 4. SW f 9;	gidum. f & m noctes gelidæ.	—
24 n	29 24	23. 32	S i 6. f 9;	Sol inter nubes & pluvias d. 2, 23 Iris.	2. 536
Jun. 3 p	30 10	17. 40	N v m 6: f 2.	d. 24 Tonitru.	1. 627
24 p	29 40	9. 24	SW i 5: W v f 6:	i. m. Cœlum sudum, f Nubes & Plu-	—
Jul. 30 m	29 93	24. 39	N i & m 11:	viae intercurr. d. 18, 23 Tonitru.	0. 422
1 p	29 38	13. 28	Wi 3. S f 6;	Serenum plerumque. d. 6 Tonitru,	—
Aug. 1 p	29 98	31. 39	Wi 9: m 5;	d. 31 Fulgor & tonitru.	0. 649
27 p	29 59	10. 27	S v f 5. N f 3.	m. Serenum. i. & f Sol inter nubes	—
Sept. 24 v	30 19	29. 58	S i 12.	d. 1, 2, 9 Tonitru. d. 11. Aurora bor.	—
30 m	29 7	15. 35	SW m 6: NO f 3.	i. & m. Cœlum valde inconsans. f	2. 554
Okt. 22 m	30 14	30. 70	S i 6: W m 3:	Nubil & Pluviaæ largiores, Noct. 22/	—
29 D	28 45	8. 51	SW v f 7: NW f 4:	23/24 Gelu.	4. 000
Nov. 30.	30 4	6. 73	S 3; 4: 8.	Nubilum plerumque & Pluviosum.	—
1 m	29 0	19. 57	SW m 5;	d. 29. Proc. Niv. NW. d. 3, 9, 10	—
Dec. 21.	30 0	9. 75	S 2. 5; 8.	Lumen boreale.	—
7.	29 9	24. 62	SW i 4;	Aer nubilus, nec raro nebulosus atque	0. 462
				humidus. d. 9 Aurora borealis.	—
				Tempestas nubila & pluvio-nivosa.	1. 687

ACTA LITERARIA SVECIAE, Edita Upsaliæ.

Trimestre PRIMUM Anni MDCCXXIX.



En grundelig kundskap om Svenska åkerbruket &c.

i. e.

*Notitia agriculturæ Svecanæ fundamentalis &c. Auctore
MAGNO STRIDZBERG.*

Stockholmia 1727. 8. plag. II.

Inter ea, quæ Reipublicæ nostræ felicitatem quam
maxime prouovere valeant, frumenti abundantiam
haud infimum sibi vindicare locum merito confitean-
tur omnes, qui miseriam publicam ex annonæ caritate
ortam in memoriam revocare velint. Annonæ autem
difficultatem, si istos solummodo exceperis casus, ubi
Deus scelerum justissimus vindex hunc naturæ ordinem
aliquando turbare velit & suspendere, ex imprudentia
se pessime & segnitie agricolarum provenire manife-
stum est. Cujus quidem rei luculentum nobis haud
raro præbent exemplum duo coloni vicini, eodem
cœlo, eodemque solo utentes, quorum uni copiosus,
alteri vero parcus segetum proventus metitur, tellure
unicuique suum, pro diverso se colendi studio, tribu-
ente:

Tr. I,

Uuu

per biennium vaga & extorris, *Lidkopie* tandem, quantum potuit, restauratur an. 1721.

Brevissimo dein tempore incredibili Augustissimo-
rum Principum nostrorum, REGIS & REGINÆ clemen-
tia, aliorum illustrium virorum liberalitate, & eorum,
quorum præterea intererat, studio, novus & quidem
multo, quam antea splendidior ædium resurrexit appa-
ratus, & exsulantes camœnas lœtis recepit amplexibus.

Inauguratum est recens Gymnasium d. 10. Septembris
an. 1722. a Reverendissimo Westro-Gothorum Episco-
po Dn. D. Jæffero Svedbergio, sub cuius etiam hodie fe-
lici moderamine viget floretque.

Synopsis Observationum Meteorologiarum Upsalensium Anni 1728.

per ERICUM BURMAN.

Gratulamur nobis merito de incremento studii in patria nostra meteorologici; Viri enim celeberrimi & clarissimi, quorum industriam in hisce Actis superioris anni laudavimus, non modo observationes suas hoc quoque anno continuarunt; verum etiam observatorum numerum Vir Pl. Reverendus & Clarissimus, Dn. MAG. ABRAHAMUS FOUGT Pastor civitatis Tornoviensis in *Westro-Borbnia* vigilantissimus pro eximia, qua pollet humanitate, augere haud gravatus est. Cu-jus opera eo magis nobis grata fuit, quo *Tornoviae* latitudo, ubi observationes habentur, sit 65 grad 43 min *), & proinde omnium civitatum hujus regni ma-

Zzzz

xime

*) Vid. Refract. Solis inoccidui pag. 29.

xime borealis, ex quibus locis non sine ratione hujus generis observationes diu desiderarunt scientiæ naturæ cultores. Nec reticendæ à nobis sunt Observations Meteorologicæ hujus anni, quæ in loco quodam *Westro-Gothiæ* prope *Trollhættam*, *Swenaker* dicto à Reverendo & Doctissimo Dn. TORSTANO VASSENIO V. D. Comministro in *Wäffenda*, indefesso studio habitæ, & benignè nobiscum communicatæ sunt.

Quicquid autem ex observationum hujus anni collatione in usum scientiarum & vitæ rite deduci poterit, jam indicare supersedemus; quum in Actis suis Philosophicis cum publico id ipsum communicare promiserit Societas Regia Londinensis.

Heic tantummodo, pro more solito, synopsin nostrarum observationum in Tabella sequenti repræsentamus: ubi apparet maximam hydrargyri altitudinem in *Barometro* fuisse 30 dig. 50 cent. nocturno tempore inter 1 & 2. diem Februarii, minimam 18 dig. 79 centes. die 2 Nov. medium vero 29 dig. 64 cent. & consequenter motum Mercurii per totum annum 1 dig. 71 cent.

Thermometri altitudines matutinæ ostendunt Upsaliæ maximum anni calorem fuisse, diebus 24 Junii & 5 Ju-iii, frigus autem maximum, die 23 Januarii.

Ex *Ombrometri* observationibus liquet mensem Iulium omnium fuisse maxime pluviosum, & integrum mensem Martium omni caruisse pluvia; altitudinem, autem pluviaz & nivis liquefactæ totius anni 19 digit. 507 milles. ped. Londin. existitisse.

TABEL.

TABELLA Meteorologica Upsal. Añ. 1728.

Mens & Dies	Barom. Dig. dec.	Therm. Dies. Grad.	Venti.	Constitutio aëris.	Ombrom
Jan. 31 m	30 46	23. 90	N. 3. 3. 2.	i. Nubilum. m. Inconstans f. Serenum. d. 1. Procellosus N.	1. 136
Feb. 24 v	29 24	9. 67	NO i 5. m. 3.		
Febr. 25 m	30 50	17. 88	S i 4, f 3;	i. f. Serenum, m. Nubilum & nivolum. d. 17. 18. 19. Procella nivosa NO.	1. 662
Mart. 28 p	30 03	1. 73	S i 6, m. 9.	Sol inter nubes	0. 000
Mart. 22 p	28 80	21. 58	SWf 4; NO 2	Aurora borealis. d. 17	
Apr. 1 m	30 0	8. 68	NW i 5; m;	Cœlum nubilum & serenum per vices & haud raro pluviosum. d. 16. fortis W.	2.794
Apr. 6 n	28 98	28. 46	Sm 10: SWf 4,		
May 29 p	30 29	3. 55	N i 2. m 7:	Aër plerumque serenus & interdum pluviosus. d. 7. 28. Tonitru & fulgur.	3. 498
May 24 m	29 17	13. 40	S i 4. f. 6;		
Jun. 17 m	30 9	2. 43	S i 6:	i. Inconstans. m. f. Serenum. d. 8. 14. Tonitru.	1. 556
Jun. 8 p	29 38	24. 30	N m 6: f 8.		
Jul. 1 m	29 90	9. 38	W i 5; N i 5;	i. Sub nubilum. m. f. Sol inter nubes & pluvias. d. 3. 4. 5. 21. tonitru.	3. 575
Jul. 16 m	29 20	5. 30	SWm 7: f 3;		
Aug. 29 p	29 87	10. 45	SW 5. 6: 6:	Serenitas & nubes alternatim i pluviales largiores. d. 18. 20. 25. Aurora boreal.	2. 878
Aug. 29 m	29 0	5. 33	N i 2, m 3;		
Sep. 12 a	30 17	20. 58	SW i 5; f 2.	Tempestas serena plerumq; & sicca d. 19. nix & grando. d. 2. Aurora borealis.	0. 198
Sep. 7 m	29 24	1. 39	Wi 4; m 6. Of 4.		
Oct. 24 m	30 49	20. 69	S i 9: f 2.	Serenum & nubilum per vices. i pluviosum. f. frigidum d. 1. 25. aurora bor.	0. 393
Oct. 30 m	29 16	8. 49	NW m 4. Wf 3,		
Nov. 18 n	30 10	30. 81	S i 4; Om 4;	Cœlum plerumq; nubibus obductum d. 12. W. d. 27 NO procella nivosa.	1. 136
Nov. 2 p	28 79	8. 58	NO f 6:		
Dec. 13 n	30 49	24. 87	SW i 8. N m 5:	Cœlum omnino nubilum & raro nivolum.	0. 681
Dec. 19 a	29 25	11. 69	Om 5: NOf 7.		

ACTA LITERARIA SVECIAE, Edita Upsaliæ.

Trimestre QUARTUM, Anni MDCCXXIX.



Beskrifning öfwer Köping, &c.

i. e.

*Descriptio Köpingiae Sueciæ urbis perantique, ex diplomatis, monumentis & narrationibus antiquis exarata
a JOHANNE GUSTAVO HALLMAN.*

Stockholmiæ, typis Joh. L. Horrn, 1728. 8. plag. 9^a

PL. Rev. & Cl. Auctor, cuius singularem in enodandis patriæ antiquitatibus diligentiam antea laudavimus, descriptionem hanc XIII. absolvit capitibus.

I. De ætate, nomine & situ Köpingiæ agit. Ætatem hujus urbis quamvis incertam fateatur Cl. Auctor, cum antiquioribus tamen Sveciæ emporiis vel in hoc punto certare hanc nostram posse, fide dignis probat argumentis. Certe evidens videtur, Köpingiam eas omnes ætate antevertere urbes, quæ eodem hoc nomine, sed initio, distinctionis caussâ, paullulum adaucto, (ut *Norköping*, *Söderköping*, &c.) insigniuntur. Sita est Köpingia inter 59 & 60 gradum latitud. atque inter 36 & 37. grad. longit. in Wesmanniæ territorio, hodie *Ulfssund*, seu *Åkerbo*, olim vero *Swelvinge* vel *Snefringe* vocato. Originem antiquioris hujus appellationis, non ut alii a *Snef*, angusto, sed a *Swewikinge*, vel *Swewijng*.

Tr. IV.

l. iii

ge,

Parochia nienkerke.

In qua sunt elemosine dantes XV marchas. Redditus sunt in eadem parochia, non institutus, quas habet Zilleslaws de Lanken. patroni sunt quidam dicti *) normani.

*) vid. Micral. p. 509.

TANTVM.

*AND. CELSII Observations Meteorologi.
cæ, Up'aliæ habitæ An. 1729.*

Obseruationes hujus anni meteorologicas a b. m. BURMANNO, Astron. Profess. dum apud nos viveret, celeberrimo, inchoatas continuavimus, instrumentis Hauksbejanis in hisce actis a b. Viro descriptis usi. Harum itaque observationum synopsis Tabella sequens, more consueto adornata, exhibet.

Altitudo maxima *Barometri*, 30 dig. 59 cent. hoc anno contigit d. 27. Febr. coelo sereno, SW. 2. Altitudo minima ejusdem, 28 dig. 42 cent. d. 12 Octobr. cœlo subnubilo, NNW. 4. Hinc altitudo media 29. dig. 50 cent. & spatiū, intra quod Mercurii variatio hoc anno facta est, 2. digitos & 17 centes. comprehendit.

Frigus maximum d. 9. Febr. $97\frac{1}{2}$ gr. Therm. aere sereno & prorsus tranquillo. Calor maximus matutinus d. 10. Junii 27. gr. Therm. cœlo sereno, NW. 1; postmeridianus vero circa horam 3. d. 9. Junii, $22\frac{1}{2}$ gr. Therm. cœlo sereno & fumoso, W. 1.

Fuisse hunc annum solito sicciorum indicat altitudo pluviae & nivis liqvatae per integrum annum delaplæ 14. digitos & 694 part. milles. ped. Lond. non superans.

TABELLA

TABELLA Meteorologica Upsal. Añ. 1729.

Mens. & Dies	Barom. Dig. cent.	Therm. Dies. Grad.	Venti.	Constitutio aëris.	Ombrom.
Jan. 23 P 18 m	30 12 28 70	5. 67 13. 71	SW 8: 2, 5. W m3. NW f3.	Serenum. <i>m</i> Nubilum & nivosum. <i>f</i> . varium. <i>d</i> . 16. W 20. N. Procella nivosa,	1. 153
Febr. 27 P 12 p	30 59 29 09	9. 97 $\frac{1}{2}$ 1. 72	SW f4; NW i3, NO 3,	<i>i</i> . Nubilum & nivosum. <i>m</i> . <i>f</i> . Serenum, <i>d</i> . 6. Procella nivosa NO.	1. 027
Mar. 1 m 21.	30 13 29 11	16. 87 25. 59	SW i3; m8. NW i2 Ni3.	Serenitas & nubes alternatim. <i>vf</i> . Pluviae. <i>d</i> . 18. fortis SW.	0. 820
April. 14 P 5 P	30 19 29 50	8. 69 22. 54	NW i3; f4. NO m6: O i2.	Cœlum plerumque serenum & no- tæs gelidæ.	0. 084
Mai. 21 m 4 v	30 09 29 21	9. 60 25. 37	NW 4; 2. 6: NO i4; Nm3.	<i>i</i> . Nubilum & pluviosum. <i>m</i> serenum, <i>f</i> . varium.	0. 873
Jun. 4 m 13 P	30 16 28 98	7. 49 10. 27	N i6. W i4; f8.	Nubilum plerumque & pluviosum. <i>d</i> . 21. 23. Tonit. & fulg. <i>d</i> . 27. Iris & Tonitru.	2. 450
Jul. 4 P 18 P	29 83 29 29	24. 39 17. 19	N i10. m3. SW m6: f3.	<i>i</i> . Sol inter nubes. <i>m</i> , <i>f</i> . Nubes & plu- viae. <i>d</i> . 5. 7/8 21, 22. Ton. & Fulg.	2. 578
Aug. 7 m 18 P	29 90 29 40	23. 42 10. 30	W v f7: N i3. m7.	Sol inter nubes. <i>d</i> . 29/30. Tonitru & fulgur.	0. 747
Sept. 10. 5 m	30 40 29 46	23. 59 2. 38	SW i4; m4. O m6. Ni3. f3.	Nubes plerumque & pluviae largiores. <i>d</i> . 2. Procellosus N. <i>d</i> . 4. Auror. bor.	2. 799
Oct. 23 P 12 m	30 13 28 42	10. 79 8. 52	W m5; SW 3. 5. 6:	Cœlum subnubilum. <i>d</i> . 2. II. Aurora borealis. 28/29 Procell. W.	0. 162
Nov. 23 P 20 4	30 42 28 80	10. 77 5. 55	SW 4. 2. 5: W i3. f2. Sf4.	<i>i</i> . Serenitas & nubes alternat. <i>m</i> , <i>f</i> . Nubes & pluviae. <i>d</i> . 5. Aurora bor.	0. 855
Dec. 13 v 3.	30 48 29 02	16. 81 1. 63	Si4; m4. NW f6.	Tempestas pluvio-nivosa & tranquilla.	1. 140

N n n n

NOVA